Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Hylario

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

et se religionis causa invitus ab eo solvisset.
Postea cum Genebaudum beatus Remigius Laudunen-
sem episcopum ordinavit. Ac Genebaudus cum ux-
orem suam causa instructionis saepius ad se venire
permitteret, ex frequenti colloquio ad invicem ele-
in concupiscentiam inflammati et usque in peccatum se-
cum prolaberentur. Cum illa concepisset et filium peperis-
set, episcopo intimavit et ille confusus ad eam
remandavit dicens: Quoniam per latrocinium
acquisitus est, volo ut Latro vocetur. Ne
autem suspicio oriatur, uxorem sicut prius
ad se venire permisit. Verum post pa-
tratum fletum iterum ruit in peccatum. Que
cum filiam peperisset et hoc episcopo retulisset, ille
rescribens illam filiam Vulpeculam nominavit. Tan-
dem ad se reversus beatum Remigium adiit
et ad pedes suos provolutus stolam de collo
suo deponere voluit. Quem cum sanctus Remi-
gius prohibuisset et ab eo quid acciderat au-
divisset, blande eum consolans ipsum in qua-
dam cellula parva per vii annos reclu-
dens, ipse interim ecclesiam eius gubernavit. Sep-
timo igitur anno cum in cena domini in oratione persi-
steret, angelus domini eidem astitit et peccatum
suum sibi dimissum perhibuit ac ut foras
exire deberet imperavit. Cui cum Genebaudus
non possum, quia dominus meus Remigius hostium
hic clausit et sigillo suo munivit. An-
gelus ait: Scito ut scias esse caelum apertum, quia
hoc hostium salvo sigillo nunc apertum;
statimque ut dixit est apertum. Gene-
baudus iactans se in medio ostii in modum
crucis ait: Etsi dominus meus Jesus Christus ve-
niret huc, hinc non egrediar nisi dominus meus
Remigius huc veniat qui hic me reclu-
sit. Tunc sanctus Remigius ad monitionem
angeli Lugdunum venit et ipsum in loco
suo restituit, qui usque ad obitum suum
in sanctis operibus perseveravit, et Latro filius
eius in episcopatu eidem successit, qui et sanctus fuit.

Tandem beatus Remigius miraculis clarus in titulis in
pace quievit circa annum domini [illegible]
Hylarius dicitur **De nomine** mu.
quasi hylaris, quia in serviendo deo fuit hyla-
ris. Vel dicitur hylarius quasi alta-
ris ab alto et ares, quod est virtus, quia fuit altus in
scientia et virtuosus in vita. Vel dicitur hylarius
ab hyle, quod est quasi primordialis materia que ob-
scura fuit, et ipse in dictis suis magnam
obscuritatem habuit et profunditatem. **De sancto**
Hylarius Pictaviensis urbis **Hylario**
episcopus regionis Aquitanie oriundus quasi
lucifer inter astra prefulsit. Hic uxorem
primitus habuit et filiam in laicali habitu mode-
ratam vitam ducebat, tandem in vita et in
scientia proficiens in episcopum est electus. Cum igitur beatus
Hylarius non solum civitatem suam sed et totam
Franciam ab hereticis defenderet, ad sug-
gestionem duorum episcoporum qui heresi favebant dep-
ravati ab imperatore qui hereticorum fautor
erat cum beato Eusebio Vercellensi est in exi-
lium relegatus. Denique cum heresis arriana
ubique pullularet et ab imperatore licentia
data esset ut omnes episcopi convenirent et de ve-
ritate fidei disputarent, cum sanctus Hylarius
advenisset, ad petitionem duorum episcoporum qui
eius eloquentiam ferre non poterant, Pictaviam re-
dire compellitur. Cum autem ad insulam Gal-
linariam que tota erat plena serpentibus
pervenisset, et ipsum descendisset, omnes ser-
pentes eius visione fugavit, et in me-
dio insule palum fixit ne amplius ser-
tes data est illis occupare quod vetuit,
tamquam pars insule non sit, sed pelagus.
Cum autem Pictavis esset quidam infantem
sine baptismo defunctum suis orationibus ad vitam
restituit. Nam diu iacuit in pulvere
donec pariter surgerent senex de oratione et in-
fans de morte. Cum autem Apia filia eius
maritum vellet ducere, Hylarius pater eius eam

Cui ille.

predicavit et in sacre virginitatis proposito confirmavit. Quam cum ille firmam consideraret et ne aliquando flecteretur formidans, dominum instanter exoravit ut eam ad se vocaret, permittere nec ultra vivere permitteret. Quod et factum est. Nam post paucos dies ad dominum migravit, quam ipse propriis manibus sepelivit. Quod mater beati Hylarii considerans rogavit ut quod filie impetraverat, quod et fecit et ipsam oratione sua ad regnum premisit. ¶ Eo tempore Leo papa heretica perfidia depravatus omnes episcopos gallie convocavit. Quibus convocatis Hylarius non vocatus advenit. Quod audiens papa precepit ut nec aliquis sibi assurgeret nec aliquem locum daret. Cum igitur ingressus fuisset, dixit ad eum papa: Tu es Hylarius gallus. Et ille: Non sum gallus sed de Gallia, id est non sum de gallo natus sed de Gallia Hylarius episcopus. Ego sum Leo Romane sedis apostolicus et iudex. Cui Hylarius: Et si tu es Leo, non tamen de tribu Iuda, et si iudicans resides, non tamen in sede maiestatis. Tunc papa cum indignatione surrexit dicens: Modicum prestolare donec veniam et tibi quod meritis reddam. Cui Hylarius: Si non redieris, quis mihi pro te respondebit? Et ille: Continuo redibo et tuam superbiam humiliabo. Cum igitur papa ad secreta nature isset, dissenteria percussus et omnia intestina ibidem proiciens miserabiliter vitam finivit. Interea videns Hylarius quod nullus sibi assurgeret, patienter terram in terra posuit se dicens: Domini est terra. Statimque nutu divino terra in qua sedebat sursum se extulit et usque in equalitatem aliorum episcoporum se levavit. Cum igitur papa miserabiliter mortuus defecisset, assurgens Hylarius omnes episcopos in fide confirmavit katholica et confirmatos ad propria remisit. Hoc autem miraculum de morte Leonis pape dubitationem habet, cum nec hystoria ecclesiastica vel tripartita nichil de hoc loquatur, nec etiam legitur papam talem nominis tunc fuisse, cronica narratur, tum quia sedes dicatur sancta romana ecclesia semper immaculata permansit et intacta manebit sine ulla heretica inquinatione. ¶ Tandem multis miraculis perpetratis, cum beatus Hylarius in Pictavis obitum suum imminere cognosceret, Leoncium presbiterum quem maxime diligebat ad se vocavit et nocte imminente ut foras exiret ammonuit et siquid audiret ut renunciaret imperavit. Ille iussa complens reversus adhuc civitatis tumultuationis se audisse retulit et expositus, et cum ipse eum vigilaret finem suum expectans, media nocte iterum iubetur exire et quid audiret iterum referret. Cui cum nichil se audisse renunciasset, mox lux nimia claritatis quam presbyter sustinere non poterat ad eum intravit, et sic paulatim recedente lumine ad dominum migravit. Floruit autem circa annos domini ccc xl.

De s. Machario

Macharius dictus a macha quod est ingenium et ares quod est virtus, vel a macharia quod est passio et io quod est magister. Fuit enim ingeniosus contra demonum fallacias, virtuosus quoad vitam, passio in dignitate cepit magisterium regiminis plurimis. Macharius abbas descendit de heremo et intravit dormire in monumento ubi sepulta erant corpora paganorum et extraxit unum corpus sub caput suum tamquam plumacium. Demones autem volentes eum terrere vocabant quasi unam mulierem dicentes: Surge, veni nobiscum ad balneum. Et alter demon sub ipso tamquam ex mortuo illo dicebat: Peregrinum quendam habeo super me, non possum venire. Ille autem non expavit sed tundebat corpus illud dicens: Surge et vade si potes. Et audientes demones fugerunt voce magna clamantes: Vicisti nos. ¶ Dum aliquando abbas Macharius a palude ad cellam suam rediret, occurrit ei dyabolus cum falce